

## Werk

**Titel:** D. Jo. Frid. Blumenbachii Institutiones Physiologicae.

**Autor:** Blumenbach, Johann Friedrich

**Verlag:** Dieterich

**Ort:** Gottingae

**Jahr:** 1821

**Kollektion:** Blumenbachiana

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN659038048

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN659038048>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=659038048>

**LOG Id:** LOG\_0020

**LOG Titel:** Sectio XIV. De Gustu

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## S E C T I O XIV.

D E

## G U S T U.

§. 234.

Sapores lingua percipiuntur et quodammodo etiam vicinis internis oris partibus cutaneis; palati praesertim medii, faucium, buccarum, imo et labiorum; attamen his omnibus non nisi acrium et graviter amarorum sensus aliquis est \*).

§. 235.

Princeps vero gustus instrumentum lingua est \*\*), idemque maxime agile, obsequiosum, mutabilis formae; mirabi-

\*) GREW'S *anatomy of plants* p. 284 sq.

PETR. LUCHTMANS *de saporibus et gustu*. LB. 1758. 4. p. 58 sqq.

J. GOTTL. LEIDENEROST *de sensu qui in faucibus est, ab eo qui in lingua exercetur, diverso*. Duisb. 1771. 4.

\*\*) SOMMERRING *icones organorum humanorum gustus*. Francof. 1808. fol.

lis texturee carneae, aliquatenus cordis texturee comparandae; et miranda irritabilitate alios musculos voluntatis imperio obnoxios longe superans \*).

## §. 236.

Tegitur autem involucris ad cutis similitudinem accedentibus: epithelio nempe, quod ipsi cuticulae loco est, reticulo Malpighiano \*\*), et papillosa denique membrana quae structura sua parum a corio abhorret.

## §. 237.

In eo maxime differt, quod epithelium, loco cutanei vnguinis, mucro illiniatur et humectetur, ex coeco foramine Meibomiano \*\*\*) et reliqua expansione

\*) Id quod contra aliorum opinionem vivisectionibus et pathologicis observationibus evici *Specimine historiae naturalis ex auctoribus classicis illustratae*. Gotting. 1816. 4. pag. 4 sqq.

\*\*) In canibus ovibusque versicoloribus plerumque etiam linguam et fauces reticulo variegato conspicua vidi.

\*\*\*) cf. JUST. SCHRADER *observat. et histor. e HARVAE L. de generat. animal.* p. 186.

glandulosa Morgagnii \*) oriundo; tum vero et papillarum conformatione, quas vulgo in petiolatas, obtusas et conicas dividunt \*\*), quarum istae paucissimae lunata quasi serie ad radicem linguae positae sunt, reliquae vero variis magnitudinis gradibus promiscue linguae tergum, et maxime margines et apicem, ubi nempe acutissime gustat, obsident \*\*\*).

## §. 238.

Et haec quidem papillas adeunt extrema filamenta nervi lingualis quinti paris †), quorum ergo adminiculo proxime nos gustare probabile est.

Nonum enim par ††) et qui itidem linguam adit ramus octavi †††), magis

\*) MORCAGNII *adversar. anat. prima tab. I.*

\*\*\*) RUYSCH *thes. anat. I. tab. IV. fig. 6.*

B. S. ALBINI *annotat. acad. L. I. tab. I. fig. 6-11.*

\*\*\*) cf. HALLERI *egregia linguae hominis vivi descripto in Dictionn. encycloped. ed. Ebrodun. Vol. XXII. pag. 28.*

†) Jo. FR. MECKEL *de quinto pare nervorum cerebri. Gotting. 1743. 4. pag. 97. fig. I. n. 80.*

††) Jo. F. W. BÖHMER *de nono pare nervorum cerebri. Gotting. 1777. 4.*

†††) V. HALLER *icon. anatom. fasc. II. tab. I. lit. g.*  
MONRO *on the nervous system tab. XXVI. \**

motibus linguae multifariis ad manducandum, deglutiendum, loquendum etc. inservire videntur.

## §. 239.

Oportet autem, ut lingua rite sapiat, eandem humidam, sapienda autem liquida esse et salibus solutis scatere \*); quodsi enim aut ipsa lingua aut res ipsi admotae siccae sunt, tactu quidem eas explorare potest, quo in universum exquisitissimo gaudet, non vero sapere tunc dicenda est.

Quando vero acutissime sapit, papillae apicem linguae eiusque margines obidentes revera erigi aliquantisper videntur.

---

\*) *BELLINI gustus organum novissime deprehensum. Bonon. 1665. 12.*